



*Ad picturæ istius spectatorem, Elegidion Bartholomæi Laurentis
cognomento vulgari Pom, cõmendatorium Agrippinensis
Carthusiæ & D. Dionysij à Rikel, Carthusiæ Ruræ-
munden. apud Gekkos, dum vixit, albumi.*

N Et tibi sic mirum, spectator imaginis huius,
Hic depictorum quid sibi lingua velint:
Neuridere queas non intellesca, parumpèr
Expecta: breuis hic rem tibi sermo dabit.
Qui genicatur humi, Doctor Dionysius ille est,
Carthusium amplexus nomine reg; statum:
Doctor, ab Ecclasijs, quas pertulit ipse frequentes,
Haud præter meritum diçus & Ecclasticus.
Hunc prope quæ cernis dispersa volumina multa,
Multa & magna eius sunt monumenta viri,
Immenlis Cræsi tanto præstantia gazis,
Exuperat quanto flaua moneta cuprum.
Nam virgo, cuius sinu i tener infidat infans,
Qui librum oblatum captat vtraq; manu,
Notior atq; magis clara est, spectator acute,
Quàm tibi, quæ fiet hæc, dicitur vt sit opus,

Sed quæ virgo huius-Doctorum amplectitur vniis,
A dextris & cui mystica turris adest,
Quæq; volumen, vt medians, obtendit IESV,
Est Carthusiæ summa patrona domus,
Agrippinensî clara notissime in vrbe:
Cui domus, in lucem quod data prima Ricle est
Editio, acceptum soli gestatus oportet.
Hæc nisi enim agillat, fortè latèret adhuc.
Fortè latèret adhuc: immò hæc certissima res est,
Nunquam emersurum réve cubosve libros
Ricle fuisse, Agrippinâs Carthusia ni illud
Principiò obtinere sustinisset opus.
Hoc igitur voluit presentis imaginis auctor,
Vt scires quorum sedulitate virum
Venerit in lucem primùm hic Dionysius, vtq;
Ingratus nè tu spector amice fores.